exitium quale est enuntiasse hostibus interna patriae pq̄b;
signius certasse sacrilegium fuit. quibus sunt expianda torto
ribus quando illud perdideris quod nefas est non iuuisse.
quantis colorum uarietatibus et urbanitate laetali adhoc per
ductus aestimatur ut legati psonā putaretur implere solet
uirtus quae innata non fuerit cura et nutrimentis institui
usu honestatis robor adipiscitur qui bonum subdiuturnitate
mentitur. seruassis adhuc beniuolentiam captiosam nisi inspe
xisses laedemicallē legationis claue reseratum. tale est acsi
aegris sub febrium iactatione languentibus adlaturus salutē
curator aduenit. et animam in penetralibus sub medicinali
specie exclusurus inquirat. quis rogo huic non pandat secre
uitalium et in quibus adhuc locis uigor subsistat adnunciet.
facilis extingendi ministratur occasio illi a quo sanitas
postulatur. sic te inpurissime omnium aduersus nos hu
morum reseratione muniuimus. ex uestro nunc cognitore
splendit arbitrio. si qui peccatis uicet uniuersos non debet
omnes reus superare suppliciis. nascituras in posterū culpa
incidite. eueniet ex unius cruciatu generalitatis emendacio
genus pietatis est circa hostem patriae esse destrictum. ne
dum personae parcetis ad incrementū uitia prouocetis.:

DICTIO IN NOUERCAM QUE CUM MARITO PRIUIGNI
ODIA SUADERE NON POSSIT UTRISQUE UENENA PORREXIT

Adest iudices nouerca quae ut satis faciat odiis non parcit
affectibus quā ne priuignus euaderet elegit miscere eius
casibus quem dilexit. quae saeuissimarum more beluarū
de confusis mortibus tesserā fecit. dignus laetis forte aesti
mans quicumq; cum inimico illius potuerit trucidari. ruptis
repagulis accepit furor eius exercitiū quasi neci deputatū
perimens quicquid occurret. generalitati perniciosa esse
desiderans nisi defecissent toxica adhuc ira crescebat.
austa sunt aduobis uenena quae repperit quod in aliorum

·/. Et transire in affectū quod feceris studio falsitatis

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Koninklijke Bibliotheek van België
Bibliothèque royale de Belgique
HESSEN
Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Koninklijke Bibliotheek van België / Bibliothèque royale de Belgique
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/kbr_ms9845-48/0234